Beatissime Pater ut anime saluti devoti oratoris vri Petri Heppener de Costen
pbri et Canonici Wratislavien salubrius consulatur Supplicat humiliter sanctitati vre orator prefatus quatenus ut confessor ydoneus secularis vel regu
laris quem duxerit eligendum ipm ab omnibus et singulis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis censuris et penis tam
a iure quam ab homine aplica seu quavis alia auctoritate generaliter vel spaliter in eum latis inflictis et promulgatis Necnon ab omnibus et singulis
peccatis criminibus excessibus et delictis suis ac votorum quorumcunque transgressionibus periurii et homicidii voluntarii vel mentalis reatibus manuum
violentarum in personis ecclesiasticis iniectionibus seu penitentia sibi iniunctarum omissionibus et aliis excessibus et delictis quibuscunque et quantumcunque
enormibus de quibus corde contritus et ore confessus fuerit etiam si talia forent propter que merito sedes aplica esset consulenda De reservatis semel in vita
et in mortis articulo De non reservatis vero totiens quotiens opus fuerit absolvere et penitentiam salutarem iniungere ac vota quecunque per eum
forsan emissa in alia pietatis opera comutare et iuramenta quecunque relaxare Necnon semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium pecorum
suorum remissionem etiam a pena et culpa impendere possint et valeant sibi et eidem confessori concedere et indulgere misericorditer dignemini de gra
spali in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.




Et ego Nicolaus ... de Castro ... publicus ... Notarius ...

Et de reservatis semel in vita et in mortis articulo
Et de non reservatis totiens quotiens opus fuerit.
Et cum plenaria remissione semel in vita et in mortis articulo
Et de comutatione votorum et relaxatione iuramentorum.
Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat
absque aliarum litterarum desuper confectione

Dipl. 443

[illegible]
xxiiij
anno domini millesimo
quadringentesimo octuagx°

14..